
PHA
EPI
PAI
147





Ad Illustrem Magnanimumq; principem . d . Malatestam novellum de Malatestis. Francisci Aretini praefatio in trãslatione Epistolarum Phalaridis :



ELLEM Malatesta Novelle Princeps illustris: tantam mihi dicendi facultatẽ dari: ut uel praestantiae tuae : uel phalaridis nostri epistolis: quas nuper e graeco in latinum traductas: & nomini tuo (ut pollicitus sum) dicatas mitto: mea responderet oratio. Vtrum enim assequeretur : non modo nõ multitudinis sed ne doctorũ quidem aurium iuditiũ formidaret. Nã ut laudes tuas in aliud tempus remittam: neq; eis huiusmodi sunt: quae possint breui proemio complecti: qui ornatius: quae tanta esset dicendi copia: quae non tuo & maiorum tuorum splendore superaretur? Tacebo igitur i praesentia antiquissimam Malatestarum familiã: quae non flaminie modo i qua felicissimo pricipatu diu floruit: sed italiae decus atq; ornamẽtum clarissimũ semper extitit. Tacebo maiores tuos: qui & si praestantissimi fuerint: tamẽ si hanc prouintiam assumerem: tantus mihi recẽtiũ laudũ cãpus pateret : ut non opus esset antiquiora cõsectari. Tacebo Pãdulfum patrẽ. Carolũ. & Malatestam patruos: quibus neq; bellicae rei gloria : neq; litterarum quantũ in principibus requirendum ẽ studiis : nõ liberalitate non caeteris uirtutibis sua tempora prestãtiorem habuerũt qui adeo inter se de uirtute contendisse uidentur ut quem praeferas: difficile sit ferre sentẽtiam: Adeoq; omniũ iudicio laudantur: ut si quid egregium: si quid magnificum : si quid principe dignum: maiores natu meminisse uolunt: ex illorum fortiter gestis: acute dictis: prudenter excogitatis: exẽplũ adducant. Accedis tu tantis digna progenitoribus soboles: nulla ex parte eorum laudibus inferior. cuius ego cum animi magnitudinem. pietatem. liberalitatem. integerrimos

mores: quæ alias ut dixi latius prosequar: itelligerem omnium maxime delegi: cuius nomini phalaris noster inscriberetur. Dequo ut ingenue quod sentio profitear: maxime maiorum nostrorum: uel negligentiam: uel ingratitudinem admiror: qui de tãto & tam præclari ingenii uiro: uel nullam penit⁹: uel crudelitatis tantũ mẽtionẽ fecerint: eoque rẽ adduxerit: ut ei⁹ dũtaxat sæuitia nota sit omnib⁹: animi autẽ magnitudo. liberatas. doctrina. igenii acumẽ penitus sileat. Sed ꝑfecto maglini iudicis ẽ uno uel altero uitio acerrimo examiato uirtutũ merita subticere. Neq; arbitror adeo phalarim in eos a quibus insidiis petebatur: q̃ doctos uiros in phalarim fuisse crudeles. Qui uero & unde fuerit: nemo latinoꝝ quod sciã meminit Cicero & Valerius maximus curdelitatem eius & cædem breui attigerũt: Eusebi⁹ cæsariensis tempora quibus tyrãnidem apud agrigentũ exercuit: & ea quidẽ dubia adnotat. Eius autẽ epistolæ lõge magis & conditionis eius & morũ præ se ferunt testimoniũ. Sed nunquid ei credendũ est? Ego quidem inter omnia scribendi genera: nulũ uerius q̃ epistolas existimo. Historia omnium iudicio uera cõprobatur. Verum si recte cõsiderabitur scriptorum affectus amor odium metus. & id genus alia cum multa addãt: multa subtrahãt: nemo asserere dubitabit. Accedit rerum consiliorum q; ignoratio: neq; enim omnibus interfuerunt: & res alienas plærunq; scriptitant: dequibus difficile ẽ præter euentus iudicare. & eos alii aliter: sæpenumero ut fere usu uenit: referũt. Epistolas uero & si i iis simulari multa possunt & dissimulari. ueriores tamen esse quis dubitet? Plærũq; enim res nostras scribimus. petimus. negamus. arguimus res nostra agitur. ex quo maxime affectus: & cuiusq; mores ostẽduntur. Quod si in hoc quoq; scribendi genere tum metus: tum cõsciliandæ amiciciæ gracia: tum ut uiri boni esse uideantur non nuli simulant aliquando: non

eiusmodi phalari cōtenderim. Et recte quidem. Perlege quæ
so has epistolas diligēter: & illius cōsiderabis ingeniū. Inue
nies in phalaride nullū simulatiōis argumentum. Inuenies
mximi animi uirꝝ: qui neminē formidet: neminē ad gratiā
alloquatur: iuenies iphalaride nullū simulatiōis argumētū in-
uenies aperte frōtis hoīnē: qui quod animo id etiā ore habe
re uideatur: qui nullā boni uiri opionē aucupetur. quippe qui
& gloriā & niū adulationē recuset: atq; ↄtēnat. Vis i deos i
patriā pietatis exemplū? Habes phalari qui & de diis pie lo
quitur: & exul ad restituendā patriā atq; ornādā pecunias e-
largitur. Vis studioꝝ musarū q; amatorē? phalarim intuere.
qui Sthesicorum poetā inimicissimum captum a se musaꝝ
reuerentia seruauerit Vis liberalitatē? quē phalaridi præpo
nes? Neq; enim quod non accipiat: sed ꝙ a se munera non
accipiantur: sæpe cōqueritur: Quis bene de se meritis gra-
tior phalaride? qui manifesto coniurationis crimine contra
se deprehensū medici sui precibus cōdonauit Quid quod
pluribus sponte sua pepercit? Hæc et huiusmodi plura q̄ di-
gnissima principe in his epistolis facile quiuis poterit intue-
ri: et quod firmissimum est ueritatis argumentū semper si-
bi cōstat: neque eni ulla fieri ratione potest: ut simulando
quispiam eumdem semper tenorē seruet: ne affectu & cōsci
entia: uel inuitus animi morbos ostendnedos non nunquā
trahatur. Cæterum his epistolis: nihil grauius. acutius. pres-
sius. & græcorum & latinorum pace dixerim in hoc scribēdi
genere inuenies. cuius dicendi caracterem utinā mea asseq
potuisset oratio. Sētētias tamen spero me assecutum quas &
prudeutia sapientia plenas & ad beneuiuendū principibus
maxime accomodatas quis negauerit? Harum igitur cū in
manus mihi uenissnet: elegantiam admiratus: dolui eas duo
milia fere annorū nostros homines latuisse: Quare nō arro
gantia neq; enim uires meas ignoro: sed cū qui ingenio &

doctrina ualēt: has nescio qua ratione adducti i latinū uertere neglexerint. ego & si supra uires onus me subiturū intelligere; subii tamen: satius ratus incultiores haberi q̄ nullas. Crudelitatis autē qua eum omēs accusant: non tantum mihi ipsi arrogo: ut melius q̄ ipse se excusaturu; me existimē. Ipse cām suam agit. quæ q̄ probabils sit; tua poterit præstantia iudicare. Id tamen dicam quod ad eius defensiones non paru; facere arbitror. ex primis siciliæ tyrannis fuisse phalarim. superbi Tarquini temporibus. Nam & pythagoram ad quē phalaris scribit eo regnante floruisse: & Liuius & Aulus Gelius & Eusebius asserūt. Eo tempore siculi tyrānidis expertes & peregrio & exuli. Cretēsem eni: & patria Astypalide exulem se ipm testatur: & ei quem paulo ante ne parem quidē habuissent parere idignabāt. hinc populorum odium. hinc coniurationes: hinc Phalaridis metus. quæ feruntur crudelitates emanarunt. Quod licet benignitas tua & morum tuorum præstantia. talem cum subditis semper se gesserit: ut nhil q̄ te charius nhil magis q̄ uitam: q̄ felicitatem tibi præcentur: uel aliorum principum exemplo: quid metus posset non ignoras. Vnum præterea in his epistolis non parum me perturbauit. q̄ non nulle ita mendosæ sunt. ut nulla possit ratiōe earum sententia cōiectari: Neq; mirum cum etiam familares Ciceronis epistolæ quas frequenter i maibus habemus librarioꝝ incuria q̄ mē dosissimæ iueniantur. Eos ego locos annotaui: cōatus tamē in quibusdam: non absurdam pro loco afferre sententiam. Quod si quando mihi emendatius exemplar dabitur. particulis illis correctis: ad præstantiam tuam mittam. Sed ia; Phalarim audiamus.

Phalaris Alciboo. S.

Olycletus Mesenius quem proditionis apud ciues tuos insimulas: morbo me in curabil liberauit. Nec

ignoro me dolores tibi & lacrias annũciare. Te autez neq; ipse medicæ artis inuentor. Aesculapius cũ omnibus diis sanare unquã potuisset. Aduersam enim corporis ualitudinẽ ars sanat: animi autem morbo sola mors medetur: quam tu pro multis magnis sceleribus non quidem coactis: quorum me arguis sed uoluntariis grauissimam expectato.

Pha polycleto.

Escio qd ĩ te potius admirer. Polyclete: medicĩæ ne facultatem: an morum fidem. facultas eni aduersam tyrãni ualitudinẽ. mores enim tante cædis premia uicerunt. Per hæc ambo iusticia tuą discurẽs: duobus me periculis piclitãtem: ut scilicet incurabilis morbi: & hostium præmiis liberauit. Soli namq; tibi licuit: si morbo perissem tyrãnũ; uideri interemisse. Sin minus: ɔ quicquid mihi dederis prõpto animo ad salutem acceperim me interimere. quod tibi plurimum ad eiusmodi præmia consequenda profuisset. Verum eni uero noluisti preciũ iniustum iuste laudi præferre Si quidem fortasse occasio illa temporis: ad me interimẽdũ proter morbum iuste cædis causam non habuit. Ego igitur quod ita mecum egeris: cum in tua essem potestate: digna; tanta uirtute gratiam referre nequeo. Hoc unum scio: eam te assecutum doctrinam que deo digna sit: qui medicinæ artem iuenit. Verũ tamen cũ medicinæ & fidei laudabus misi ad te animi mei erga te monumẽta: puri auri phialas quatuor: crateres argenteos nõ nostri tẽporis artificii duos: poculorum thericliorum paria decem: puellas ĩpollutas uigniti: quinquagita milia atticorũ. Scripsi preterea & Teucro ut in rerum mearũ dispẽsatione id tibi salariũ; daret quod nauium gubernatores: & corporis custodes: & reliqui cẽturiones accipiunt: paruam profecto pro tanto beneficio uicem Sed addatur miori meæ gratitudini me cõfiteri nõ habere quo pacto pro meritis debita tibi possim persoluere.

.Pha.Polycleto.

Liberaui tui gratia Caleschrũ qui mihi tã manifeste ĩsi
dias fecerat: ut nõ solũ eas ↄfitertur: sed cõiuratos etiã
indicaret. adderetq; quo loco & quando & qua ratione me
aggressuri essent. Atqui immemoris uiri esse uidebatur: ho
minis salutem ei denegare: qui salutẽ aliis elargiatur. Simul
etiam reputabã mecu; esse talem gratiã referre medico: qui
me liberauerit: tuũ autem lõge deccẽtius accipere: qui medi
cinæ princeps es. & omnes sanas idigentes. Cognoscat aute;
temeritatem suam Caleschrus: quod uite a te gratiã accipit
quam alii iniuste abstulit. Abstulit ænim quamtum in ipso
fuit: quamuis fortuna non permiserit.

Pha. Mesenius

Vdio uos polycletum medicum uestrum: tãqua; agri
gentinorum proditorem acusare: quod cu; me grauissimo
morbo laborãtem interimere potuisset: eo me liberauit &
iusticie eius laude; in iniusticie accusationem uertitis. neq;
uos huiuscemodi confiteri pudet. Ego autẽ admodum eius
artem: sed lõge magis mores admiror: quod cum me tam-
q̃ morientem suæ fidei creditum haberet: non ut tyrãnũ i-
teremit: sed ut egrotũ: omni conatu in pristinã restituit uali
tudinem. Atqui uestris calumniis ne mimo quidem detri-
mento affectus est. mea autẽ in se liberalitatẽ iter siculorũ
ditissimos in primis potest annumerari. Non igitur ignoro
quin ob meam in Polycletum liberalitatem: omnes Agrigẽ
tiorum ꝓditores potiusq̃ Phalaridis pcursores dici exoptetis.

Pha. Mesenius


On ignorabam quin de tripodibus delphicis: & aur̃is
coronis: & aliis multis preciosisq; muneribus quæ
diis uestris recuperatæ bonæ ualitudinis gratia misimus: al
terum faceretis: ut scilicet: aut ipsis diis pie offeretis aut iis
neglectis iter uos ea partiremini: quod ipsi fecistis. Simula
ta namq; mihi iiuria: ac si nostra: qui ea misimus gratia ꝑ

sana fuerint: in deos sacrilegium cōmisistis: Quid enī refert munera iam dicat. an tantum destinata dies auferre? utraq; enim illorum non mittentium sunt. Nos igitur gratias in deos. uos impietatem ostendistis. Siquidem & dantem me: & uos rapiētes nouerūt. Satis aūt hēo ut deorum q a uobis spoliati sunt: iram experti: uos ipsos scelestos itelligatis. Nam cum ex aliis: tū ex eo q missa a nobis munera: esse uobis lucro putastis: nihil eorum sceleratum esse confitemini. nisi forsitan ipsi thesauri duplicem sortē habeāt: si inter uos distribuantur: bonam: malam si diis dicentur. Praeterea palā uos ipsos impietatis arguitis. Principes enī d'cernēdae hostilis pecunie causam ad populum referunt. uos autem populus ad principes. & quod omnium grauissimum est: deos tanq̄ malos homines si munera a tyranno accipiant: proditionis insimulatis. Verum tres qui sentētia uestra bene rē pub. gerunt: qui ue non semel Mesanam. quemadmodum Agrigentū si quas petierant: eis pecunias dedissē. meae dicioni subdidissent: ipune dimittitis. Cuius rei causa est: quod eadem estis qua illi sententia. neq; libere in huiusmodi auctores animaduertere potestis: ꝯ omnes capiendis muneribus sitis obnoxii: Sed ne uidear munerum gratia haec dicere. ne minimum quidem hanc amplius curam suscipiam. Meritas uero tmeritatis uestrae poenas: iis dabitis: quos uiolastis: & de me: & de his quae i eos impie: ausi estis ualete. Valete autem cum duplicem habeat significationem: nolim uos ignorare: in deteriorem partem uobis esse accipiendum.

Pha. Megarensibus

On queror de ingratitudine uestra: quod cū de uobis saepe numero benemerit⁹ sim: i finiū cōtrouersia. quae mihi cū finitimis erat: falsum contra me perhibuistis testimonium. Meam autem accuso stulticiam: quod a uobis frequenter lacessitus. ad huc non sim factus sapientior: Nam cum

A



nullo nnq̄ tēpore: nostrorū erga uos beneficiorū meōres fu
eritis: nos tamē ac si ea nunq̄ obliuioni mādassetis. nostram
erga uos beniuolentiam: liberalitateq; semper ostendim⁹

.Pha Thyrseno

I eos qui necessario iniuste. aliquid admiserūt: impostē
rum meritas expectare poenas oportet: queādmodus
in Aegysthensiū cōsilio concionatus es: cum opera mea ad
diuinam ꝓuidētiam retulisti: quenam spes de te ipso habē
da est: cū nō ex necessitate: sꝫ spōte tua & cōsulto in iniqua
omnia prolabaris

Pha. Theusippo.

Ilio tuo proter iuuentam: tibi proter seniū parcimus:
quāuis nullā ueniā mereamini. Verum nisi a temeri
tate desistatis: nec illū iuuenta: neq; te seniū eripiet: imo eo
uos grauiori supplicio afficiemus: quo maiore uenia dignos
duximus Pha. Cleostrato.

Dmodum mihi risu dignū & admiratione uidet͛: ut
admonitionibus tuis quisquā melior fieri possit & cō
tinētior. quippe q̄ alios castigare uult: omni eū crimine libe
rum esse oportet. Tu uero & iis quæ in aliis reprehēdis cri
minibus: & innumeris aliis obnoxius: tāq̄ omnino ırreprehē
sibilis aliorum errores corripis.

Pha. Menacli.

T equos tibi ad pugnam paratos misimus: & Teucro
ut pecuniam daret mandauimus. Si qua alia re tibi o
pus est: ne pigeat ad me scribere. Nihil eni tam magnuꝫ a
nobis petieris quin id tibi libenti animo largiamur.

Pha. Aglao.

Hesauros nostros quoscūq; nobis deus largitus ē: ad
fortunæ mutationes cōdidim⁹: nō in sinu terræ quē
admodum admones: sed in amicis: qui a nobis dona accipe
re non dedignantur. Tu uero neq; in hoc benignum te no

bis exhibes: ut quantum in uobis eſt: ſi principatu deijcia
mur: ullam ſpem habere poſſimus. Atqui ſi non prius nunc
ſaltem tanq̃ depoſitū accipias mihi ſeruādū: & in hoc amici
munere fungare. Nullam enim terræ partē fidam nobis du
cimus: ſi uobis amicis optimis: tāquā pulueri diffidam⁹.
Qui ſi fortunati fueritis: q̃uis aduerſa me fortuna proſtra
uerit: ætꝰ tamē nihiloius felicē me exiſtaibo. Pha. Eumælo.

Vm neq; uideatur: neq; ſit iiuſtū: eū q̃ iiuriā prior ītu
lerit: ulciſci: cum primū nos leſeris: a nobis poſtmodū
idem expecta.

Pha. Herodico.

Lius iniuria affectus nullam īferēti minetur ulctōe;: ut q̃minimū apud illum ſuſpectus habeatur. Ego aūt degeneris uiri officium exiſtimo: neſciū atq; incautum ag
gredi. Quare cum me leſeris: ultionem caueas admoēo: ut
ante expectationis metu: tandem ipſo ſupplicio torq̄aris.

o Pera tua & his quæ miſimus: & longe maioribꝰ præ
miis digna ſunt. mea autem perſcrutari noli: Nihil eī
in his potius q̃ ſilentium duximus.

Pha. Amphiōmo.

Vm in bonos uiros aliquid cōfero: non dare mih: ſed
accipere ab his potiꝰ beneficiū uideor. Quare te rogo
ne tamq̃ dātem me: ſed debētem tibi gratiā: eo q̃d quæ mi
ſimus accepiſti exiſtimes.

Pha. Erythiæ.

e T mea cauſa plurimum tibi debere gratia; ītelligo: &
cōmunis filii: quē tibi reliqui Erythia mea: q̄ cu; pa
tria exularē: uiduam permanere q̃ cupia; nubere maluiſti:
cū te plurimi uxorem expecterēt filii: quod tu in eo & ma
tris munere: & patris functa es: neq; uiru; alium ꝑ pha
larid neq; filium pro paurola tibi delegiſti. ſed pro ſecūdo
uiro: priore contenta es: pro alio autem filio: quem ex pri
ore conceperas educare ſatis duxiſti. Perge igitur & uiri &
filii gratia: in eā quā ſponte tua cœpiſti educatione;, uſq;

dum pro ætatē edoctus: neq; p̄atris amplius: neq; matris īn digeat. Hoc ego abs te tanto studio contendo: nō q̄ matri & huiusmodi maxie in filii beniuolētia diffidam: sed ut pater unico filio metuens. Poterit autē ex animi tui affectibus pa trum in filios: metu intellecto: mihi quod sic ad te scribam ignoscere

Pha paurolæ filio

Axime utrūq; parentē fili mi amare te decet: & plu rimi facere: filio namq; & pium est: & honestū: ut ge nitorꝫ & qui tot in se bēficia contulerint: recordetur. Quod si in altero ab officio desistendū sit: patrem potius q̄ ma trem negligas oportet. Non enim paria tibi sint: & p̄ris & matris in filiorum educatione officia. Sed hec quidē cū eos tulerit pepererit educauerit: inumeros quoq; alios pro his subiit labore. Ille autem cum a matre educatus sit filius: & adultus: non minus eius se fructum promereri arbitratur cum nihil in eis educatione molestum tulerit. Peculiare au tem quoddam: & magis proprium q̄ cæteræ matres: tua in te ius habet: proter meum exilium. Vt enim te educaret: plurimum laboris perpessa est: amborū curas sola sustinuit Tu igitur quæ utrique parenti officia debes: uni matri quæ omnes ꝑ te labores subiit: redde paternis namq; officiis ma terno amore satisfacies. Nihil ego amplius abs te efflagito: si in eam quam debes pietatem ostenderis: imo accepisse abs te maiorem immodum beneficium profitebor. Decens enī est: si matri gratiā pro multis in te officiis r̄tuleris: maximū a patre beneficiorum tuorum initium existimari

Pha paurolæ

Væ a patre ī filiū debētur officia tibi præstitim⁹ Pau rola: quæ uero tu patri debes: si cum possis reddere ne gligis. uehementer erras. Audio enim te bonas artes: quo sæpenumero te accusaui contēnere. Nullū aūt aliud abs te peto beneficium: si hoc spreueris. Atqui scias uelim erudi

tionis utilitatem: si mihi obtemperaueris: non eum qui gratiam acceperit: sed qui dederit longe maiorem cōsecuturū

Pha.: Erythiæ:

I nostre tyranndis metu pauorlam Agrigentū mittere non audes: tibi & tamq̄ mulieri: & tāq̄ matri unico filio timenti ignoscimus. Sin tamquā sola non mecum eum genueris: soli tibi habeudum censes: inique causam parētū diiudicas. rigidissimo enim iure. patris filius est: non matris humaniori uero utriusq; par. Si autem quod aliquando patri filium cesseris idcirco ius tuum: in eo minui arbitraris: quid de eo censendum est: qui ne particeps quidem unquā fuerit. Equiorem igitur te præstiteris: si eius ad me miseris: non serius: sed q̄ primū ad te cū iis muneribꝰ rediturū: que phalaridis & erythie filiū deceant. Vt si non mecū: sine me laltē opulenter & laute uiuere possitis. Quis eni familiariū gratia uxore & filio neglectis locupletari cuperet. Ego sane uestri studiosus: ut uirum & patrem decet: statui rerum mearū nō modicā partem in uobis dilectissimus collocare: & q̄ celerrime quidem: cum aliorū tum aduētantis senectutis gratia. maxie aūt proter morbū qui mihi nuper grauissimus contingit. Quippe qui me admonet: ut ultimum uite terminum homini: præsentem dié semper existimē. Aduētū aūt ex recta Agrigentū: & rursu; ad te redditū: patris beniuolentia tutorem: q̄ maternusmetus præstabit.

Pha paurolæ:

Oronā abste sexcētorū aureorū pōdo. & bone fortune: & eius qui misit gratia accepimꝰ: qua nos ea tātu; die: que patriis diis ꝑ uictoria aduersꝰ Leontios uota soluimus: coronati. dono matri tuæ Erythie misimꝰ. Neminē. n. tam precioso munere: q̄ matrē digniorē inuenimus. Vtinā tu & decentior nobis & gloriosior corona fias cum parentū uotis: ut te decet satisfeceris.

Vm ī himeram necessario uenissem: Sthesicori filias ꝯ poemata canerēt audiui: parti quæ Sthesichorus: ptī quæ ipse uirgines ediderāt harum uero carmina Sthesichori carminibus inferiora. aliorū autem si quis ea compararet: longe erant elegantiora. Quamobrē & eum qui docuerat: & eas quæ præter naturam ī tantam uenerāt eruditionem: felicissimas duximus. Age igitur paurola: maxime enī hac quoq; causa desidero: ut doctrinæ inuigiles: qua tandē sententia corpus armis (uenationibus) aliisq; exerces laboribus: animū autem græcis litteris disciplinis q; incultū relinquis: quē primum & solum in his exerceri oportuerat. Corporis enim cura habenda est: bonæ ualitudinis uel corroborandorū mēbrorū gratia: nisi quis in sacris agonibus exerceri uelit. Animi autē mores omnes eum itelligere oportet: qui in re pub. cū dignitate uicturus sit. nisi fortassis ꝙ plærīq; accusant: ad tyrannidis cupiditatem aspires. At si tibi iure ipso conueniat: idcirco corporis uires exerces tanquam tibi ad huiusmodi principatū assequendum necessarias. Verum si recte sapies: ab eo quem principatus pœnitet: sentētiam accipies: qui non sponte: sed coactus hanc sibi uitam degit: qui tyrannidem expertus: tyrano subiectus: q̄ tirannus esse mallet. Ille enim unū tyrannū duntaxat formidat: aliis incōmodis liber. Tyrānus autē & qui extrīsecus īsidias moliunť: & qui se custodiūt: timet. Necesse namq; est ut in formidīe & miseria ipsos primū uereatur custodes. Quare sapientius accepta consulentis patris beniuolentia: equalē te oībus exhibeas: perpetuos uero metus & periculorū sine ulla quiete arbitrium: & hostibus & hostiū filiis relinquas. Quod si rerū inexperientia & iuuentūte pulchrū quiddā & iocundum tyrannidem & non potius supremas calaītates existima: maiorem in modum aberras. Et profecto ob eius

ignorationem:uerumtamē Deū precare ut nunquam ī tyrannicæ fortunæ experientiam uenias.

Pha. Camerinensibus

e T in Geliā misi:& ad Leontinos:& ad uos item mittendū existiaui:ut mihi ī præsentia auxilio essetis Neq; enī armis:neq; equis īdigemus:neq; uiris: quoꝝ uacuā habere dicitis ciuitatem.sed pecunia :Leontini nobis quiq; talenta ꝗprimū miserunt.Gelli promiserunt decē.Vos autē neq; Leōtinis tardiores: neq; gelliis minus liberales arbitramur:

Pha.Lycino.

n On recte Leōtinorū concione me ac si affuissē tibi q; potuissem respōdere:īterrogasti quis:unde quibus ue sim progenitoribus. Ego uero quemadmodum me ipsum phalari Leodamantis filiū genere Astypalēsem. patria exulē:tyrannum Agrigentinorū.multa expertum : & aīmo in hūc usq; diem inuicto:non secus noui lycinium cynedū in pueris:in iuuenibus salacem:in mulieribus adulterum : temerarium in legibus.luxuriosum in uoluptatibus :segnem in pace: in bello desertorem:qui & tuarū ī me concionum : & horum quibus te reprhendo scelerū: mihi poenas dabis: si nō citi⁹.At saltē ꝯ Leontini meo ī se bello defessi te mihi captum tradent:

Pha.Leontinis.

s I meū cōtra uos bellū solui desideratis:nihil ueriti mihi Lyciniū tradite:ut omni ira & īdignatione mea ī eum effusa:a meo ī ciuitatē uestram furore desistā.Nihil enī ī eū grauius aīmaduertemus:ꝗ uos omēs cupere ītellgamus.

Pha.Leontinis

l Eonidam:quē res meas exploratum misistis:captum a me:cū iterimere posse:liberaui.Nō ut uobis rē gratā facerem.sed ne quærerē:qui uobis meū contra uos belli apparatum certo significaret.Et enim ipse sine cruciatu: liberē mihi uestros cōtra me apparatus apperuit: uos scilicet ciuī

indignos: preterq̃ famis & formidinis quibus abũdare pulrimum uos attestatur.

Pha. Hieronymo.

r Ogasti me quib⁹ adductus rationib⁹ Leontinos ĩ agrum: quẽ mihi auferũt: cõtra me impetũ facientes, uicturũ me censueris. Ego uero quod iustiorẽ causã; habeã ommitto. Quippe qui non sũ belli auctor: sed propulso illatũ Hoc eni nullius est apud uos momẽti. Illud autẽ q̄ & si uos dissimuletis: scire tamen uos necesse est. Dicere sane possũ uiris fortibus : pecuniis : nauibus : equis me superaturum: quoꝝ omnium uos indigi cum eo hoste certatis: qui & boꝝ & fortune opulentissimus est.

Pha Nicophemo.

q Vos in Leontinorum cõcione miserabili cruciatu piisse enumerati: eos cũ nobis ĩsidias tenderent: interemimus. Tu autem nõ ĩtelligis: cum calamitosum eorũ defles ĩteritũ. nõ solum his exemplis nobis nõ moliris insidias: sed & Leontinos quos in bellũ contra nos cogis: pigriores reddis: ut ĩ talẽ hostem ĩiuste bellũ moueãt. Neq; eni fieri põt eundem & odio haberi propter crudelitatem & proter molliciem contemni. Quod si ad uota res succedant: neq; his certaminibus uobis ĩuidemus: neq; cõtendere dehortamur.

Lcisci bello leõtiõs: ũt autẽ dolori sufficias: nec penit⁹ absumaris nõ oĩa tibi significamus: queãdmodũ una ꝯ his & Tauromenitanos: & eaclenses eorum socios superauim⁹: neq; quod captiuos talentis centũ pro his acceptis dimisimus. Quippe qui nolim te tam felicis nũcii dolore extincto: immerito uideri hominem interemisse.

Pha. Sameæ

c Vm mores tuos optimos: & ĩcredibilẽ erga oẽs humanitatẽ ĩtelligam: cumq; proximorum felicitates pie &

humane proprios dolores ducas & calamitates: bræui ad te scripsi. Et causa mea. & nauali pugna. & ligionibus: & equestri tandē certamine uicisse: ut hoc nuncio quemadmodū bonū begninūq; uirum decet: perpetuo doleas: igenioq; & tam preditis tuis moribus debitas poenas luas.

Pha. Pythagoræ.

p Halaridis tyrānisa pythagoræ philosophia differt plurimū uidet: nihil tamē ꝓhibet: qui rebus etiā sic se habētibus certum nostri periculum faciamus. Fieri eni pōt ut quæ longe distant i idē redigat cōsuetudo. Nos ex his quæ de te accepimus: uirum te optimū esse nobis persuademus. Tu autem noli adhuc de nobis sententiam ferre. Falsa eni; quæ de me habetur opinio: me offendit. Verum mihi tutus non est ad te accessus propter meā qua accusor tyrannide; Si inermis & sine satellitib⁹ uenirem: capi facile possem. Sin armatus: & militum munitus presidio: suspectus forme. Tu uero omni liber periculo: & uenire ad me. & sine metu apud me esse: & mei periculū facere poteris. Si tāquā tyrānū me expectaueris: priuatum pocius q̄ tyrannum iuenies. sin tu priuatū: habēte; etiā aliquid ex necessitate tyranni. hūc enim principatū nullo pacto absq; crudelitate obtinere possim. & si humanitas in tyrannide tuta esse posset: non aliorum modo gratia: sed hac quoq; tecum esse desidero. Via; namq; mitiorē tuis aggrediar admonitionibus: si una cum Pythagoræ snia: ueritas quoq; certā mihi salutē pollicebit.

Pha. Thoraci.

u Trū me ipsū tamq̄ obscure scripserim: an te tamqua; consulto iteligere nolis: accusem nescio. Vigenti iqua; milia tibi ex rationibus restant. Si apertius doceri uis: qui te alia q̄ uellis ratione doceant: breui a nobis expecta.

Pha. Ariphradi

t Emeritas. & iuuētutis inscitia inumeros homines per

didit. quibus duobus affectibus: filium tuum agi non ignores uelim. qui cum me iisdem quos memoraui furoribus ad uindictam prouocarit: me tamen continui: tibi non illi ignoscens. Multorum enim testimonio icredibilis tua prohibetur humanitas: idcirco non putaui ob filii malitiam nihil male meriti patris senectã dolore affitiendã. Quippe q cũ unũ dumtaxat filium hebeas: & si omnino malum alterius tamẽ successoris inopia diligis. Prauitatẽ eni filii: patris beniuolentia uincit: Verum nisi iam desinat: tuisq; & meis pareat admonitionibus: non ignoret: & tibi & mihi breui meritas pœnas daturũ. Ne autẽ malicie pertinaciã ignorationes excuset. eadem de re & ad te & ad illũ epistolas misiũs

Pha. niceneto.

Vod sæpenumero patri tuo scripsim⁹ te moitũ faceret: ut a temeritate cessares: effecit forsitã ut odii tui foridine id nos rogasse arbritrareris. Ego uero an sic res se habeat: ne scribẽdũ qdẽ censeo. Atqui cum itelgeres prẽ tuum senem modestissimũ: neq; alios habere filios illi⁹ misertus & nimiæ tuæ ob ætatẽ audatiæ parcens: i hũc usq; diem te pertuli. Te autẽ neq; patris i unico filio periclitãtis senecte miseret: neq; tibi consulis: qui ita i peruicacia prestas Sed forsitan quoniã nihil in te grauius animaduertimus cũ cessare uolueris licere tibi existimas: ꝙ neq; longe te potẽtioribus licuit: Quoad igit͛ tibi optio datur: utrum ꝯmodius ducas: noli Timandrum imitari. Sed utili potius in unico q̃ exicioso consultore uti uelis.

Pha. Antimacho.

I reders mutuũ potes: & tamen nõ reddis: sponte tua malus. Sin quod reddas nõ habes: & si malus omino non sis: ledis tamen. Inuoluntaria eni: si humane consideretur uenia digna sunt: Atqui ueniam reddẽdi dilationẽ: nõ penitus disperationem esse scias.

Pha.Aristomeni

Oli ægre ferre uulnera.quæ in bello accepim⁹: grata tamē mihi ē tua in me beniuolentia & hūaitas. Veruꝫ tātū abest:ut ea iniquiori animo ferā:& si parū a morte ab fuerim:ut & si diutius me uictuꝝ mihi persuadeā optasseꝫ celerius in bello occubuisse. Quid enim:uiro ceneroso me liusˢ q̄ in uirtutis & uictoriæ cōtentione fortiter uitaꝫ finiꝛ.

Pha.xenophiti.

On me perturbant calumniæ:neqꝫ opiniones quas de me hoies habēt:qui in iuste me accusant. Nec ulla alia causa q̄ quia euenire itelligo:alios natura malos:me aūt huiusmodi esse necessitate:quæ diis potentior est. Verū hoc ī uicem differrim⁹:quod cum mihi principatus gratia plura liceant:qui sim profiteor. Vos autem priuati legū formidie: opera uestra dissimulatis.

Pha.Cataneis.

Vm ad me ciues uestri captiui deducerētur:nō nullos cum omni spe decidissent:quia non ad modum uobis eoꝝ uita curæ erat:liberaui:Nō ꝙ mei erga uos odii obliuiscerere. Maxime nāqꝫ obliuiosus essem:si minorem ira mea ultionem a uobis accipere satis mihi existimarem. Veruꝫ cū pro meritis mihi pœnas dabitis:quot & quanta in me admiseritis:uobis commemorabuntur.

Pha.Cataneis.

u Os fortasse satis mihi pœnarū ꝑdisse: d'iis arbitrami: quæ i me & meos inique egistis:cū ꝓ trigita uiris ipse a uobis combustis quingentos milites:pro septem direptis talentis plurimos census asseritis. Ego uero quæ in hūc usqꝫ diē passi:eorū que passuri estis:proemium fuisse annuntio. Adeo ut quæ nobis fautoribus hostes uobis mala inferent: confiteri erubescendum sit. Non tamen contra uos odium meū remittā:donec quæ mundū regit prouidētia: eādem i

eo gubernando seriem prosequitur. Indicam autē uobis bel lum non tam mea q̄ deorū gr̄a in quorū omnibus & seruar̄ omnia & perdere est: Siquidē diuinā sortē ut reliqua natu re elementa æthneus ignis sortitus est. In quem cum impie innocentes uiros proieceritis non phalarim. Sed qui omnia conspicatur solem: uobis inimicum comparastis.

Pha. Critophemo

Oni amici officiū: & tu & omnes qui plꝰ æquo meā extollitis fortitudinē: facitis: cum consilio & opera nrā uictos a nobis Leontinos prædicatis: Certo aūt scimus: quæ necessaria fuerunt: nos diligenter prouidisse. exoptatissimā uero uictoriā a fortuna confectā. Nihil est enim in humaīs rebus uir amātissime: siue magnū siue exiguū: quin illius nutu agatur

Pha. Polygnoto.

e T donare tibi aliquid imposterum & scribere desinā polygnote. Cessato autē & tu a laudibus quas de me apud alios prædicas. Re eni me accusas: cū mea renuis mu nera uerbis me & laudibꝰ prosequeris: neq; aīaduertis ser monē rerū umbram a sapientibus existimatum.

Pha. Axiocho.

Loriari profecto de nobilitate ut de alio quouis bono licet. Ego autē uirtutē solā nobilitatē scio: cætera oīa fortunam. & fieri quidē posset aliis ex ignobilibus parenti bus clarus. alius ex claris ignobilis. Ipseq; se ipso & abiec tissimis ingobilior. Itaq; animi uirtute apud Syracusanos la dibus prosequi debes non maiorum mortuam in ignobili bus successoribus nobilitatem.

Pha. Diometelli.

i Gnsco tibi. quod ita me admoneas: quod eni nūquam tyrānus fueris: tyrāno tyranidē dꝑponere ꝯsulis: Neq; deorum mihi quempiam affers securitatis fideiussorē cui fortasse fidē habere possē: Tu autē dignū censes: cui tāta

de re acquieſcaꝫ .Neqꝫ animaduertis fere periculoſius eſſe deponere principatū q̄ occupare .Ad ſummam ita de tyrā nide:quemadmodum de generatione & uita ſentiendum eſt. Neqꝫ eni homo ſi fieri poſſet ut antea q̄ naſceretur: quæ naꝫ mala i uita paſſurus erat audiret) naſci unq̄ uoluiſſet .neqꝫ priuatus qui tyrannidi ſtuderet:ſi illius intelligeret calamitates tyrann⁹ poti⁹ q̄ priuatus eſſe uellet. Sic Diometeles hoīni n̄ naſci q̄ naſci & priuatū q̄ tyranuꝫ eſſe utilius intelligo: Quod ſi ante occupatam tyrannidem eius mihi narraſſes cōdicionē & hoc tūc mihi dediſſes conſiliū obtēperaſſes: ꝑfecto: ſed cum tyrānus ſim: & principatu coactus in multa inciderim non modo hominū nemo: ſed ne deoruꝫ quidem potētiſſimus: hanc tyrannidem depnendam mihi perſuadert .Haud eni igōramus quot quātisqꝫ nos affectos ſupliciis ab iis: in quos grauius aīmaduertim⁹ uitā poſtreo finire cogeremur.

Pha. Epichoarmo.

Vm & Diometelis d' deponenda tyrannide cōſilium: nō ab odio:ſed rerum ignoratione profectū intelligo Aggredi eni tirannidem appetentis eſt :deſiſtere autē mie proter multa quæ a tyrranno iiuſte cōmittuntur :quemadmodum ſagitarius cum primum ſagittam emiſerit:non amplius habet eius reuocandi poteſtatē :quod ſi fieri poteſt:ut huius tyrānidis tollatur initium :id facite quæſo.Sin nequit ſciatis uelim : longe minus fieri poſſe ut ueſtri mihi monitus conferre uideamur.

Pha Epicharmo.

Vfficis ſolus nobis:cū iuſtos nos arbritraris .& ſi nēo huiuſmodi tuo de me teſtimoio credat. unus eni & talis uir omnis:mihi ſicilie norma & r̄egula ē. Temerariā aūt multitudinem ſolitudinis ſupplementuꝫ exiſtimamus. Cui & ignorari:& deteriores q̄ ſimus:uideri fortaſſe non eſt inutile.Sed multos habes tui ſimiles:Hominuꝫ enim præſtā

tiam:non numerũ reputauĩs:cũ quibus ñosti nos & bonos esse & æquos:quod si solus esses:satis nos abundarẽ testibus neq3 aliorum egere laudibus duceremus.

Pha.Hyppolitioni

a Ditũ tibi ad me:ut rogas permitto: nullum autẽ tibi securitatis iusiurãdũ damus:sed fidẽ.Quod si uerbis meis non credis:nunc profecto me iniuria afficis.Non cu3 mihi accusatus es:cũ eni non ignores:nemini me unq̃ fidẽ fregisse:ac si de me male sentias:petis iusiurandum.Verum quid refert ad pietatem iusiurandum ne an fides frangatur. Vtrumq3 enim animus confirmat.

Polytimoni.

S I accepta ex tuis moribus cõiectura mihi nõ fidis: prũdentiam meam nõ maliciam accusas.Sin ex meis mei ignoratione:plurimum aberras. Tantum enim abest:ut fidem frangã:ut cum ex animi mei sententia cæteris supra q̃ liceat credã:ac si firmiorẽ fidei pietatem habeãt:sæpenumero deceptus sim:Mihi igitur sine dolo & fraude fisus:nihil a me iniuste perpetieris: sed apud omẽs testimonio cõfirmare poteris ea fide phalarim esse:ut neminem unq̃ decipiat.

Pha.Niciæ

Isdem de rebus quibus filiũ tuum odio habes ꝙ mores tuos nõ imitatur: ab omnibus diligitur.Ex quo itelligere potes: te iis oĩbus inuisũ esse:q eũ amore prosequũt̃.

Pha.Adimanto

Vdio tibi esse cum fratre cõtrouersiam:uter uestrum sit peior:cum tu illũ:ille cõtra te peiorẽ attestetur.Ego autem arbitror uel potius cõpertum habeo: cæteris omnibꝰ illum: te etiam illo niquiorem.

Pha. Aegystensibus

Olite meos exules recipere:nemo unq̃ phalari:neq3 i bona neq3 i mala referẽda grã uicit.Hoc uos ex Leon

tinorum & Melitensium causa probe intelligere potestis: quoq; alteris liqtatis: Leōtis seruitutis auctors fuim⁹: His qq̄ triremes meas submerserunt: Melitensibus uero quod su merias recuperare curauerunt:

Pha. Antisthenj. & Theotino.

X iis quæ misi muneribus antistenes partē theotim⁹ nihil accepit. Quamobreȝ alteri gratiā habeo de altero nihil quæror: Ille eni cū cciperet: meas nō minuit facultates. hic uero nullo me dāno affecit

Pha. Menecli

On te pœniteat bonum euasisse: si uis a paterna iniq te alienus existimari. aliter superioris tēporis aupd Camarinēses bonā de te opinionē amites: Simulasse eniȝ aliquādo probitatē non re ipsa bonus fuisse uideberis.

Pha. Epistrato.

On sec⁹ quā ad fortuātū aliquem ad me scribere uideris. Ego autem condicionem meam tibi paucis explicabo. A prima infantia orbum fuisse: a iuuentute facti iniq tate patria exulasse: res meas maiori ex parte amisisse: barbaris educatum esse moribus ex omni terra iiuria affectuȝ profugisse: neq; solum ab hostibus: sȝ ab iis quos beneficiis prosecutus sum insidiis circūueniri: & tyrānū uitā in tyrannide d̄precari. Si hoc inquā ē fortūatū esse: fortūati profecto sumus

Pha. Onctori:

T tu & omnes amici hoc sane mihi facietis gratissimū. si nihil d̄ me percontabimini. neq; curiosius iquiretis: nisi quid ipse uoluero. Eiusmodi. eni fortuna opprimimur: ut nostra cognita condicione: lætari magis inimici: q̄ incognita ægere amici ferre possint.

Pha. Isonico.

Liorum qui me leserūt inimicicias: ut hortaris libens obliuiscar Mortales. n. cū simus: imortale ut aiūt odium seruare minime decet. Pithonis aūt aduersuȝ me imani

tatẽ nõ modo uiuus obliuioni non mandabo. sed ne mortuus quidem: quod omnibus uita functis euenire cõsueuit Quippe qui iniquitatem omnium maximã i me molitus ẽ Siquidem post meũ exiliũ Erythiam uxorẽ: cũ eius nuptiis recusatis me sequi uellet ueneno necauit.

Pha. Transinori.

Astellũ quod tu: dũ oppugnaretur reliquisti. excursi oẽ a Teucro facta: ea scelentate euersũ est ut ocyus id captũ q̃ hanc epistolam scriptam scias uelim.

Pha. Abaridi

Vdio te clarorũ uirorum consuetudinis gratia ex Hyperboreis ad nostras usq; regioẽs aduentasse. Neq; pythagoræ philosopho & Stesichoro poetæ & aliis qb'dã græcoru; præstantissimis cõgressum: & ab hiis multa didicisse: cupere aute; & alios cõuenire: qui te quas ignoras historias doceãt. Quod si ab hiis qui me calumniãtur: ante psuasus es: esse qaulem me prædicant: haud facile est dissuader Sin ueritatem cum ab omnibus: tum maxime a sapientibus disquirendam censes: ad me uenias quemadmodum plæriq; alii clari uiri mecum cõmoraturus. Ipsa eni noueris experiẽtia. cætera apud me: & melius & hoẽstius: & si mihi de me ipso libere loqui licet: addo etiã humanius q̃ præsens fortuna pati uideatur: & dsposita & cõstituta ẽẽ: Phalarimq; q hec & gubernat & ornat: nemine eorum qui maxime i hiis laudantur: inferiorem.

Pha. Orsilocho

I proterea quod Pythgoras philosophus sepenumero a me accersitus: uenir huc noluerit: quemadmodũ eũ: quod meã fugeret cõsuetudinem laudasti: mihi cãlumnia attulit quod nũc ad me uenerit: & quintũ iam mensem: una mecũ in uoluptatibus sit. mihi profecto laudi est. Apud me enim me breui memento permansisset: nisi mores nostri con-

V fortasse & alii cōsanguinei: qui ægre fertis Clisthē nis exiliū: eū sibi male cōsuluisse. in his quib⁹ patria pulsus est: nunc tandem cognoscitis cū nullius remidii tem pus sit: nisi pœnitentiæ: Ego autem cū iam gloria maxim⁹ in repub. uersaretur: tum maiorē inmodum eius uicem do lebam: & litteris ad eū meis rerū exitus testatus sum. Ipse uero. honorum uoluptate elatus agebatur: fortunæ imemor: & nos nugas & deliramenta scribere tanq̄ reipub. oio exp tes arbitrabatur. uel potius ac si tyrānidis nostre gratia: nol lemus quempiam uidere. recte rēpub. administrātē. quo ad magis q̄ opus fuerit inflatus. suis ipse flatibus prostratus est suoq; non mediocri d'trimento: non phalarim ciuilis guber nationis proter pricipatum sed seipsū uulgi penitus ignarus cognouit. eiusmodi nāq; uulgus est: ut in calamitate se sequē tes alliciat: & principia euentibus non cōsentiant. Ego & q cunq; non omnino stultus: mallem ut incerta me multitu do sibilis q̄ honoribus prosequeretur. Odiū nāq; eius citius q̄ accendatur: extinguitur: neq; quibus exardescit tēporib⁹ ualde damnosum est. Eius autē beniuolētie opinio. exilia mortes. præscriptiones: uel his nihil tollerabilis affert. Per iouem maximum Hegesippe: ut sentimus sic te alloquimur Popul⁹ omnis temerarius est: demens: delidiosus: prōptissi mus in quodcūq; cōtigerit mutare sententiā: perfidus. icer tus. uelox. proditor. fraudulentus. uoce tantū utilis & ad irā & ad laudem facilis. Hoc est ut qui in augenda repub. po pulo placere ānititur: honestis pereat cōtumeliis. Nōnulli tamē adeo insaniunt & temerario ipetu: uel ea potius rabie præcipites feruntur: ut non tātum filiorū flagerēt d'siderio: & nuptiis intenti. non libētius uxores conspicētur: & pecu niarum cupidi: non sic eis inuigilent: & armorum belli. equorum. olympicorum. agonum gratia studiosi: nō tātope

horum singulis delectentur: quantum quin miserā gloriam inanes honores. & plausu3 in suū detrimentum aucupātur. Quorū uices familiares maxime dolor̄ inimicos uero laeticia maxime prosequi oportet. Vos autē clisthenis necessarii: eū consolamini: si forsitam iniquiori animo res humanas paciatur: eiq3 ne amplius hiis se rebus immisceat: ac si maiorem immodum erret: disuadeatis.

Pha. Antonoe.

morte. Addo etiam & inhumanus & crudelis: qui nulla īfelicis Phalaridis misericordia mouearis: cum tanta in præsentia miseria afficiar. Nam cū ea maxie gratia optasseꝫ principatum ut in amicos clarissimus haberer: dei benignitate q̄primū uota mea cōsequtus non habeo in quē cōferā beneficia. Sed quod mihi erat oium malorū futurū solatiū eo me aīci priuatis. neqꝫ erga nos ulla me liberalitate ex reꝝ meaꝝ copia uti permittitis. Quo fit ut cū quæ uobis dare uolumus munera contemnatis: in tyrannidis adulatores & scurras: quibus dare nollemus: ea conferre necessario cognamur

Pha Teucro.

Ristomeni tuo ager datꝰ est & Hyppolition uocatū it crimine. Te uero ut pollicitus es expectamus. Ego bē ualeo. si bene ualere est: multa me aggressum & plura assecutū: & deteriorū gratia meliorū etiam poenitere.

Pha. Philodemi.

Hilodemi uxorem Cleenetā: quā nostri Teucer cum nuptiaꝝ filiæ gratia alloqui uellē negotiis īpeditus n̄ potui: quibus te huc reuocassem: nisi ea gratia te Syracusis relinquēdū statuissem ex quo plane intelligere potes serio de his nos ad te scribere. Eam igitur adeas & quinqꝫ i dotē talēta genero cui filia nupserit pollicere: non tam muneris: q̄ Phylodemo reddendi debiti gratia. Quod si quispiam rogaret: unde nobis tot philodemi pecunie sint: nescire te: sed ad me qui acceprim & eū qui dederit id totū referas: & dato operā ut Leontes gener accipiatᷣ. Venit. n. ad nos: & illā uxorē efflagitat: cui ego omnē operam pollicitus: ad te q̄primū misi si potiorē tamē geneꝝ inueniret mater: nihilo segius do:ē promitas: neqꝫ contendas. Siquidē non unns dumtaxat Philodemi gener nobis curæ est. neqꝫ cū pecuniarum liberalitate largimur & nuptias. Sed noli queso tā neglīgēter hoc agere ac si qnqꝫ talēta reddas sꝫ tāq̄ accipias. Turpe

enim est data pecunia male rēm agere ubi nō ea grā: q̄ spō te dederimus dedisse uideamur: neq̄ quicq̄ tale efficiam: ut dū apud me philodemi pecuniæ fuerint damnū in filiæ nuptiis: impensæ utilitatē mihi attulisse uideantur. Nā cuꝫ nihil eiusmodi me cōmisse uiderint nēo id de me poterit suspicari. Vtinam non iniquioribus ubiq̄ moribus Phalari calamitarent. Cæterum mitte nubenti uirgini quatuor æquales puellas: & muliebres uestes quas ad te missimꝰ: & aureos sex agiata: & q̄ primū celebrentur nuptiæ: admoneas. Si quideꝫ etiam in hunc usq̄ diem etiā: nimium dilatæ sunt. Munera prompto & alacri animo mittas: ut etiā phalaridis snmptu gratiā assequaris. Et hæc ita se habeāt Teucer. In cæteris aūt & tāq̄ uirgini patre: & mulieri uiro orbe cōsulas ut usꝰ fuerit: & cū eaꝝ desiderio satisfeceris nuptias cū mr̄e & magnificas & sumptuosas facito: ne Syracusanorū aut puellæ cognatorū quispiā felici nuptiarū die miseꝝ ꝓ beato Philodemū appellet: Sed aduersam eius fortunā exuperemus.

Pha. Cleentæ:

Hilodemi peregre nauigatio: tui quidē uiri: nr̄i autē incomperabilis amici tibi gloriæ: filiæ uero uiginti: iā ānos domi inuptiæ ifelicitati cedere uidet̄. Nupta. n. si post aliquot anōs uiro careat in uirtute corrcoboratur. filia uero preter ætatē uirgo crimine nō caret. Oibus nāq̄ hoibus turpissimū uidetur: & profecto sic est. ut ultra maturos annos puella innupta domi permaneat. Iaꝫ pridē eniꝫ illius uitā quēadmodū tuā apud utruꝫ laudari oportebat. Sed fortasse Philodemi loco: quā & tu & ille genuisti filiam: solatiū tibi esse existimas. Atqui iniquum est mariti desiderio priuare nuptiis filiā: neq̄: ideꝫ est carere uiro qui paulo post rediturus sit: & eo cuiꝰ nullā adhuc neq̄ expiētiā neq̄ ꝯsuetudieꝫ habueris. cū naturæ legibꝰ cogaris. Cæterū cū neq̄ obscuris parētibus neq̄ pecuniarū inopia laboretis: nullo pacto tāte

infelicitatis argumētū ꝓpetiaris. Quinq; apud nos talēta ſi hæ dotē reliquit ꝯ nauigaret Philodem⁹: neq; q̄nq; dūtaxat. quippe cui coēs ſunt Phalaridis pecuniæ Quamobrē neſcio Cleenete q̄d differas. Nihil opus ē ad filie nupcias Philodei aduētu: quæ in eius reditu; reiici poſſunt: nolimus ꝓoccupare. Quæ autē ipa nature inuitis nobis urget cū fieri poſſint ne differamus. Puellæ ætas moras ueſtras nō patitur: forſitā Philodemus his impeditur cauſis quibus patrem īpediri cōſentaneum eſt. Quod autē matura uiro puella præter legē domi deſiderat: nulla ē excuſatio. Neq; in p̄ſētia tam patre ei q̄ marito opus ē: tu uero in his neceſſitatibus & fortunis abſenti patri etiā præſēte; matre; addi exiſtimas oportere nō ſic iq̄ Sed ſi mihi obtēpaueris: & uiro felicit & fillæ decori cōſules: Na; cū alia multa recte abſente Philodemo eſſeceris: hoc unū pre omibus cōe bonū annumerabitur: & pudica; uirginē matriōnio honeſtaueris. Noſter aūt Teucer cū uolueris & pecunias tibi & ſiquid aliud ad nuptias neceſſe fuerit dabit. Tu uero quæuis iubeas & Philodei ad nuptias reditum optato: nō tamē ut in illū puellæ ætatē reiicias: & tuū erga uiru; deſideriū ut icolumis ſit atq; redeat: & alia huiſmōi: non minus tui erga ipm ai ſint teſtimoniū.

Pha. Teucro

Hilodei filie nuptias ante tuas nobis redditas litteras audiuim⁹. Præcurrit eni fama eos etia; qui multa utūtur diligentia: ad ea quæ facta ſunt: q̄ citiſſime ſignificādu;. Et ſi e longinquo res geſtas nuncia dea ꝓferat. & nos: nō immerito ei forſitā ſuccēſuimus: cu; tales nos prædicauerit: q cum alioꝶ: tum eius maxime gratia in tantam damnamur crudelitatē. Siquidem nos ūdiq; malos omnibus proclamat Quo fit ut qui nūq̄ me uiderit neq; experti ſint me ac ſi ad hominū exitium natus ſim uitupent. Hæc igitur meæ calaītates ſunt: nec alterius cuiuſpia;. Edes autem in quibus &

Leontes & Theano primū coiere. Vt nunc habent īpostero quoq; habeant: pmittas: neq; his Hymeneu; laribus amoueas: ubi celebratus est. dignum donū & quod his q id accepturi sunt pbet eas arbitramur. Carissima eni cōiugibus loca sunt: ubi prima uirginitatis uincula soluerūt. Inuidia aūt apud Syracusanos dignior Philodemus q̄ miseratioñ iudicetur: & nemo in sūmo felicitatis gradu tam fortunatus: q̄ ille in aduersa fortuna ab inuidis existimetur. Phalari autē odio habeant omnes: neq; eni; innoxiū odiū recusamus. Quisq; aute; pro se maxime cupiat: & si dissimulet huiusmodi sibi amicos comparare.

Pha. Philodemo

N magna mihi stulticia uersari uideris Philodeme: si tot preces & uota a nobis p reditu tuo fieri existimas: qnq; talētorū gratia: ne nobis pereant quæ nulla utilitatis spe: neq; tuæ amiciciæ gratia dedim⁹. Res pfecto ne uulgo quidē digna. Quod si omnino ius a te uideri dotatā filiā: nihilominus ista tua sunt. sin negas. addas iis totidē & decē talētorū dotē scribe: ut si piacuerit ps dotis Phalaridis gratiæ sit: pars ex Philodemi facultatib⁹: Theano aūtē multa & magna de me tibi referens: mihi gratiā reddit. Quod eni adhuc puella a nobis accepit: mater facta testatur.

Pha. Cleenetæ & Theano

Estrā beniuolētiam libenter accipimus. cum Phalari tāto studio appellare otendatis: Meæ tamē fortuē: & si nos ipos defendamus: recusant. Inuenief eni nomen ipm ab ipo gener nulla reprehensioni accusationi ue obnoxiū. Nos aūt ob multa & magna que acerbissi fati necessitate inuiti egim⁹: damnamur: & meū nomē nullā aliā ob cā; graue ē: q̄ quia legibus non obtempo. Lex uero ipe sū subditis. Quamobrē quam mihi gratiam Phalaridis appellatioē exibuistis: eam nunc referatis; ne id nomen impositum uelitis.

Pha. Nimerensibus

Vssimus uobis ut Stelicorum ad nos & Conome & Hermocrates q̄primum mitteretis. Vos aūt eorum loco Samean & Nicarchu3 misistis. quod si qualem me arbitramini talis esse nō ignoro grauissimū aliq̄d cōtra uos moliri me oportuisse: eo q mihi illos nō tradiditis: & cōtinuo ad nos & Stelicho rus & Conō & Hermocrates uenissent. Neq3 eni Cynedus conō nobis curæ ē. Samea & Nicarcho clarissimis: & uestrorum oium humanissimis uiris posthabitis. Verum ego neq3 modestos homines: & qui nullā mihi neq3 patriæ iniuriā itulerint. iniusto afficiendo supplico: neq3 coēm græcorum legē uiolandam duximus: & si uos plurimas abrogaueritis quibus contra nos tulistis sententiam. Sed q̄d opus ē hæc uerbis explicare? cum & mihi & ad quos scribo: plane nota sint oia. Atqui neq3 uos imitatus sum neq3 imitabor. Ego inq̄ & homicida & tot sceleribus obnoxius. Sed remisi ad uos legatos uestros: ꝯ mihi ex duobus alterum licuisset impune facere: aut cogere uos: ut pro his illos ad nos mitteretis: aut his qui in nostra erāt potestate: supplico affectis: meā in illos irā effūdere: & ꝑfecto eo iam res & iniuste uiuēdi necessitates redegistis: ut nihilo nos peiors legatis uestris iterfectis: neq3 meliores seruatis arbitremini. Confusæ ei3 iam res meæ sūt & coinquinatæ: & parum nobis momēti ad hominū uel beniuolētiam uel odiū iuste an iniuste faciamus esse intelligimus. Et in hanc uos me Himerēses cōditionē maxime & uiri illi uestri cōpulistis. & aliorum quidem quæcūq3 uestri causa passus sum mala: posset uenia dari auctoribus & preterita obliterari. Veru3 quod nihil quicq̄ iuste fieri liceat quæ pro meritis pœna ab his exigi posset qui auctores fuerit. Præterea lōge iustius esset: ut quidā nostra perirēt iniuria: q̄ si eorum gratia in uos grauius animaduertere cogeremur. Ego tamē Himerēses: & si hæc omnia reputarem & idignarer & tyrān

haberer:ſi non quos uellē:at quibus interfectis nihilomin⁹
dolore uos affeciſſes:eis peperci & hoſpitio acceptos ad uos
remiſi. quod ſi uiciſſim æqui eſſe uolueritis:quæ ciuitati ue
ſtræ calamitates impendent:in duos uel tres cōuertere ſati
us ducetis:At ſi Conon cuius corpore ſinguli ueſtrū ꝑpiter
abuſi ſunt:incolumis ſeruabitur:uniuerſæ ciuitatis excidiū
a nobis expectetis. Totis nanq; uiribus cōtendemus:ne ni
hil nos:q̃ opinemini humaniores experiamini.

Pha. Steſicoro.

Vdio te maiorem immodum formidare:cū uirſ nr̃as
& quæ in nos molitus es:tecū reputas. Sed admiror ꝙ
nunc tandē formides.et non cum primū cōtra nos agere cæ
piſti:cum ab iniuſta ut dicebas tyrannide. Himereſes uindi
care uelles:cogitabas q;: Himerēſibus dicis forſitā fieri poſ
ſe. Si igitur mortem ut ſapientē decet contemnebas. quid
nunc ſtulte perturbaris: cum tibi liceat ea:quibus tunc ex
pectatis nihilo imbecilliori animo fuiſti :iam propinquan
tia generoſe perferre. Sin autem ut timidus es:ſic timide te
ad id quod perpeſſurus es:ſuppliciū habes:quod ſtultiſſime
eo in me tempor̄ calamitaſti: & talē tibi cōparaſti inimicū:
cū ſceleratum me & crudelē appellares: & ex carmib⁹ tuis
uerba cōtra me in concione effunderes: Quid aūt & muſi
cus & poeta dicēdi figura & uoluntate:uite ſtudiis cōtraria
uſus es.cum ocioſus uacare muſis:neq; magis arduas res q̃
poetā deceat aggredi poſſes. Sed cū ꝓ poeta rempub.gerer̄
deſideres:manent te:quae nō poetas:neq; muſicos:ſ; popu
lares qui ſupra uires temere audēt cū ab hoſtibus capiuntur

Pha. Steſicoro

Yranni ſumus Steſicore nō Himerēſium ſed Agrigē
tinoꝝ:quare tibi ingentes habemus gratias: ꝙ miori
mihi adēmpto pricipatu maiorē dediſti. Certo tame ſcias ꝙ
tyranni Aggrigēti inimicos nr̄os i Hymera ulciſci poteriūs:

Pha. Stesichoro

Vdio te Aluntiu3 & Alesiã ꝓfectum & nuntiis p ciuitates missis: pecuniã & exercitũ ɔtra me cogere. Nũq̃ ne igit Stesichore a reipub. gerẽde temeritate cessabis? Cũ adeo senex sis: neq; musaꝝ pudet? quarũ te studiosũ ꝓfiteris. eas autẽ offendis ɔ hiis cõtra meliores uiros utaris: neq; filioꝝ miseret: qui iam uiri sunt. sed temerarius senex: cogẽdis militibus & pecunia sponte tua uersaris: cum inimicum illis tam grauem oppositurus sis: qui eos tanq̃ Laricem concutiam. Ego quidem Achiuoꝝ reditus te scribere & quorũdam illoꝝ heroum stulticiam incusare audio. Tu uero ut ex Alesia i Himeram tutus reuertaris nihil curas. Sed scias uelis ꝙ manẽte & Capharæa saxa & Placeæ & charybdis & nauplia classis & nullo pacto nostras manus effugies: nõ iquã & si quispiam te deus secumdum uos poetas eripiat.

Pha. Himerensibus

Tesichorum & Conomẽ & Dropidam a Pachino in Pelopõnesũ ꝓ Chorinthiis: ad quos eos mittebatis nauigãtes a nobis captos scitote. Dropidã fortasse uobis remittem⁹. Cononẽ q̃primũ interfici iussimus. Stesichorus adhuc saluus ẽ: donec quo eũ mortis gener ulcisci uelũs excogitabimus

Pha. Himerensibus

Rofecto nobis Himerẽses sentẽtiã uestrã placere ostẽditis: ꝙ scilicet nihil iteresse arbitramini Phalari amicũ ne an inimicum habeatis. Deus aute; recte effecit & firmissime ab eo mihi significatum confido: etiam alia mihi ad uotũ successura. Cæterum ego Cononem ut ad uos ante scripsi interimi: q̃primum iussi cum malum uirum & in ciuitate uestra nulla neq; cognatione: neq; affinitate iunctum itelligerẽ. Dropida; ad uos honoratũ remisi: ut decuit. Neq; eni malus est neq; nos ulla affecit iiuria. de Stesichoro postmodum comsultabimus.

Pha. Himerensibus.

lberauimus Stesihorũ Himerenses: & quæcũq; cõtra
nos machinatus ẽ: nõ uestri gratia qua sæpius etiã pe
risset: sed deorum quibus is curæ est & Himerẽsium deorũ
atq; Heorum ei condanauim⁹. Nihil enim habeo ꝙ illios ac-
cusem: & si de uobis maiorem in modũ conqueri possez. Cæ
teruz ipsi scitis quenã contra me adortus sit Stesichorus. sed
puduit sacrum uirum & sientia clarum & uere musis erudi
tũ Cynedo & scelesto Cononi adnumerare: & una iterime
re. Atq; uitnã talium uiroꝝ fatum cohercere mhi liceret: uo
bis autem Himerenses maiorem in modũ consuluimus: ne
Stescihoꝝ ingrato & ei nõ cõsentaneo gerẽde reipub. onere
distrahatis. Siquidem ut ab biis qui Alesiã proficiscuntur:
accipimus: inuitus biis se negociis iplicat. sed peruicacia ue-
stra uincitur. Nolite igitur biis in rebus eo uti qbus non sit
idoneus: sed liberꝝ esse & lyræ suæ uacare sinite: neq; huius
modi inimicos sibi ꝯparetis: qui nõ itidẽ fortasse ꝯ illos agẽt
ꝙ si omnino opus ẽ: qui reipub. curã suscipiat: tales ei præfi
ciatis quos cũ cœperim⁹: & pro utrisq; nostrũ uolũtate sine
superstitione ulciscamur.

Pha. Stesichoro.

Leum nõ tui sz nepotis tui gratia misiũs: Dignus enĩ
adolescens est de quo ratio habeatur: cũ in gymnicis
certaminibus nihilo sit Agesilao inferior. Equidẽ quãtũ in
nobis est summus euaderet uelim. Argẽtũ quod a nobis co
ram accipere noluisti: nisi in præsentia acceperis ꝓcul du
bio ꝓditionis te apud Himerẽses isimulabim⁹: & si ita cõsti
terit graui⁹ ꝓfecto hoc fuerit q̃ quæ ad te primũ mittere d'
creuim⁹ Cæterꝝ age Stesichor̃ hæc musaꝝ studia quaꝝ grã
& clarior oibus es & admirabilior & ama & cõplectere. Ex
pectabam i quib⁹ maxie ꝓbatus es; simul callidissim⁹ esses

Pha. Stesichoro.

T de nobis Stesichore nihil quicq̃ neq; uersibus neq; alia rõe dicas. Nihil. n. mihi potius ẽ: q̃ si res meæ tacean̄t. De aliis sine inuidia arbitratu tuo loqui poteris. Et dea tibi inspiret. Ciuiles aũt curas nr̃o maxie exẽplo fugias: qui cũ omniũ beatissimi uideamur nobis cõscii sumus: quãtis afficiamur calamitatibus. Quod si tibi merito ob occupatã spõte nr̃a3 tyrãnidẽ hæc pati uidemur: tibi autẽ rẽpub. gerenti nihil grauius euẽturũ arbitraris: rebus nostris in præsẽtia õmissis tuas cõsidera diligẽtius. Nemo eni p̱ huiuscemõi uiuendi rõe meliori suscepta rempub. gessit. Verũ tecũ r̃puta: quænam superiori tẽpore passus sis: quæue tibi ipendebant nisi talis tibi fuissẽ inimicus: At præstat quidem & si res ad uota fortunæ benignitate succedãt: ne omnia ad eius licẽtiã experiaris. Et eni tu in præsentia neq; Himerinẽsium tyrannus es: neq; omnibus quemadmodum nos inimicus: S3 rempub. geris & amicos ut tute arbitraris: eos tibi cõciliasti quo℞ gratia nostras suscepisti inimicitias. Equidẽ si liceret tui coniectura accepta nollẽ esse tyrannus. Tu tamẽ quot & quanta ab eis passus sis: tecum reputa. Quod si eũ qui a ciuibus suis bona plurima nullum autem malum contumeliamue accep̱it: nõ secus ac teipsum consideraueris: certo intelliges: uirum illum qui ciuili administratione omissa: priuatis rebus uacauerit maxime fotuna sua d̕lectari.

Pha. Stesichoro.

Oli: curar̃ Stesichore Euboli & Ariphãdis tui apd̕ me accusationẽ: neq; ullo pacto doleas quod isidiarũ causas contra nos in te pulcherrima & tua carmina rettulerit. & enim quod nobis periculum in Himera ipẽderit: tu nostri: Quod aũt nihil grauius ppessi sumus: delectari te magis q̃ illio℞ gratia dolere oportet. Et qd̕ poemata quæ tibi deæ ispirant tantas uires habuerũt: & qd̕ uos siqd tibi curæ su

mus seruati simus icolumes. Quæ enim composuisti ui sua plusq̄ lyra patiatur: possunt & Phalaris maior est: q̄ q possit interemi. Nos autē cum maxime periclitaremur: & tyrānū gessimus & familiaritates seruabim⁹. neq; te quicq̄ accusabimus: cū in uitæ periculum uel in ipsam potius mortem inciderimus. Neq; eni si impiis suis cōsiliis satisfecissem: id ꝓbasset Stesichorus. Tu forsitan diuinis tuis carminibus tyrāni cædem laudibus prosequutus es: neq; nos si quis tuas laudarit rationes tyranni cæde; iprobamus: sed phalaridis. Hominem enim interimere hoc est: non tyrannum. Siquidē ut nosti: non sum auctor iniuriaꝶ: sed propulsator: neq; Dorpidas: neq; ullus probatus uir: sed neq; nostri ipe liberator Iuppiter tute in templo cū Eubolo & Ariphanto uiris iiquissimis ꝑmanere posset: i quibus iustus factus sum & procul a tyrannide. Cinedus autē Conon & Theagoras: q nobis cædē machinati sunt: nec nō Amitidas & Pericles & aliis eiusmodi: iustissima ulctionis lege perierūt: quos & si nō tanta mihi uis esset modo uluctus mori nō recusarē: dicant me homicidam. impium. sceleratum. & tyrānum multis & grauissimis sceleribus contaminatum: neq; siquid grauius i mētē uenit mihi parcant: Nam apud bonos uiros uituperari mihi uiderer si sceleratissimi me homines laudarent: quoꝶ alios i taurū cōiectos. cremauimus: alios cruci affiximus. cū opus esset: ut de se reliquis spectaculū atq; exemplū præberēt ne quid contra nos molirentur. aliis oculos effodimus: alii mutilatis mēbris rota uersati sūt: aliis capita pelle nudauim⁹: hii omnes iniuste cōtra nos machinati iure ipo crudelissima; mortē luerūt. cōtra quos tyrānos nos esse cōfitemur: neq; negamus ad maloꝶ ulctionē tyrānidē desiderare: neq; in eos crudeles inhumaniq; esse unq̄ desistemus. Erga bonos aūt tales sum⁹: quales āte tyrrannidē noli putes Stesichore cū poemata in tyrānū scribis: te i Phalari scribere. S; ꝓmpto

animo deas cōplectere:nihil nos reueritus neq; quicq̄ qđ in mentem uenerit reicias.Nemo eni Palarim præter fatum quod ab ineunte ætate:et si uatum carmina cōticeant: in nos habemus interficiet. Id cū necessario uenerit quādo cūq; uolet tāq̄ debitum aecpiemus.Verū Eubolo & cæteris homicidiis cū iuitis fatis nobis insidias molirētur.meritam rettulimus gratiam.non eam que legæ hominibus q tyranni caede in anē gloriā aucupanť. sed quæ a tyranno omni lege potētiore referri cōueniat.Palis .n.pectore tenus corā Himerensibus affixi:& aliis affecti suppliciis in cruciatu p noctarunt.Tu uero ad multos annos feliciter uiuas:neq; quicquā eiusmodi perpetiaris oro.Tua nanq; iustitia hoc tibi euenturū pollicetur:neq; unq̄ Phalarim in necessitatem adducas:ut talē in te experiaris.Tibi autē curæ sit musa℞ gloriosissimi labores:quos ad me mittas quæso:ut p̄sentib⁹ nos solicitudinibus leuent.

Pha. Androcli.

Go quidē cōsulto litteras ad Stesicoℝ misi:nihilo me iniquiori animo: Euboli in eum calumnias tulisse.Et tu mihi hoc dato beneficiū: ut fideiussorē te exibeas. Nihil eū cōtra me machinatū me mihi ꝑsuasisse.Potius eni neq; illos primū qdē quas confessi sunt insidiis q̄ Stesicori poematis gratia:& non suapte malicia me adortos existimabo.

Pa.Aristolocho.

I idcirco aduersum me tragoedias scribere iduceris: quod captū a me Stesicorū dignū quē liberarē existimari:ac si in oēs poetas humanissimū me exhibeam: longe a ueritate aberras. Non enim pari ratione poetas:sȝ bonos poetas:neq; inimicos:sȝ generosi animi inimicos ꝓbauim⁹. Tu aūt cū poeta quidem malus sis: inimicus uero ignauus & animi ui & poetica facultate Stesichoro te æquiparas.Sȝ quid ego iter uos iteresse censeam: q̄primum cognosces.nō

eorum gratia quæ contra me scribis. Si quidē ad modū de generis animi essem . si fabulas tuas curarē. Sed quoniā cuꝫ taꝫ malꝰ & inimicꝰ sis & poeta pari te honore: & Stesichorū dignum arbitraris.

Pha: Stesichoro.

Icocles Syracusanus nō ignoras fortasse quē dico: naꝫ propter familiæ nobilitatē nō is ē qui ignorari possit a Stesichoro: uxoris suæ obitum: graui immodico dolore luctuqꝫ prosequitur nec immerito. Euenit enim: ut eandeꝫ & sororis ex matre filiam haberet: & uxorem. Is inq̄ Nicocles: cū mutuū inter nos amorē intelligeret: Cleonicū fratrē ad me misit: qui me suo nomine peteret: ut te orarē uxorē suam tuis uersibus cōmēdares. Et eni ut a Syracusanis accepimus: qui cū oēs reliquas uirtutes: tū incredibilem eius pudiciciam testantur: non indigna ē quæ ore tuo laudetur. Nam & si cauendum sit in nostræ ætatis homines quicq̄ laudis scribere: ne poesis uenalis uideatur: sitqꝫ & fidele officium: neqꝫ sentētia nostra improbandū: noli tamē ai tui erga me cōsuetudine abiecta: meas præces cōtemnere. Nō eni decꝫ petentē Phalarim negligi a Stesichoro: nō ꝙ aliquo meo in te officio mihi debeas: sed ꝙ habitā de te erga nos opinionē confirmari postulamus. Da igitur mihi ꝓmpto aio igenio tuo dignū beneficiuꝫ: quod mihi ipsi efflagito: Accipiaꝫ aūt in amicum: Reliquum ē ut ad gratiam Clearisten Syracusanam genere e checratide filiaꝫ Niclodis ut diximus & sororis filiam & uxorem ei matrimonio iunctam annos sexdeci trigesimo uicta functā morbo: duobus r̄liquis filiis annotes Capita subiectæ materiæ hæc sunt. inspirēt autē tibi in hiis uersibus quæ tecum semper sunt deæ: & tuum sacrū & gloriosum caput musæ exornet cognatio: cū aliis laudibus: tum hiis quas ad te in Claristem mittimꝰ

Pha. Nicocli:

Isim⁹ ad Stesichoꝝ: queādmodū sup elegia rogasti: & argumētū ei exposuimus ut oportuit. Is libēs mihi ꝓ ingenio suo se facturum ꝑmisit: Forsitan eni existimauit sapientiam meroris tibi solatium allaturā. Hic aūt dolor dif ficilis ↄsolatu ē: & q̄ ut uerbis leuari possit grauior. Nā cū du plici necessitudinis nomine deuincereris: de utroq; doles sororis scilicet filia & uxore charissima: forma quidē ægre gia: pudicicia uero tanta: ut nulli post se mulieri secūdū re liquerit locū. Quarē perturbato animo & omni spe amissa: nūq̄ lacrimas remittis: & uix tuæ cōsulis saluti. Atqui non grauius res humanæ ferēdæ: sunt q̄ possit aius tollerarē: ne q; uirtute tua dignū effeceris: si merore dispereas: & calita te itollerabili uictū te ꝓfitearis. Verū age Nicocles paulisp dolore remisso: miserā hominū uitā cōsidera: & quæ nr̄a sit ↄditio. Singuli ad inumeras nascimur miserias: & cū uita defungimur tū demū miseri esse desinimus. Iocundam aūt hāc uitā ducimus: eo ꝙ nihil grauius morte opinamur: ut ēt qui ante nos moriuntur miseramur: cū minime nos lateat. nō multo post idē nobis iter necessario cōficiēdū: neq; poti us eoꝝ gratia q̄ nostra lacrimas effundēdas. huiusmodi est hūāna cōditio Nicocles & ad hūc exitū oēs uiuimus. Neq; ē reꝝ omniū ē quæ iperiosius humano generi dominetur. Idem fatū mortaliū omniū est & a nemine mutari pōt. Vi des ne me tyrannū quē omnes homines uiolentissimum arbitrantur: & si me omnes uiolentiorem prædicarēt. mor tem tamen nulla ratione superare nec quicq̄ grauius in eā aiaduerterē posses: s; ei cædā: cum ultimus uitæ dies adue nerit: atq; utinā ad hoc ēt assecuti essemus principatū: non ut meipsum a morte uendicarē. Nā fortasse ante prestitutā diem morte dignos quispiam nos dexerit: neq; nos cōtradi cimus: sed ut ab hiis qui & uirtute & moribus q̄ lōgissima uita digni sunt: fata ē arceremus necessitatē. Verū cū illa in

nos:non nos in illam tyrannidē exerceamus: æquo aio ferē dum ē:non ea tantū ratione:quod nihil luctu nostro profi cere possumus: Sed quod illius animā: si te tanto dolore tor queri senserit: dolituram in morte credibile est: cū te in uita plurimū delectauerit. Et quæ tibi grata erant incredibili læ ticia prosecuta sit. Neq; p Iouē tibi soli quod tali uxorē priua tus sis. Sed & illi quod tali uiro ægere ferendum ē: Cū igit: neq; primus neq; solus in hæc mala incideris: humana ti bi æquo animo tolleranda persuadeas: si nō meo exēplo q multis & uariis calamitatibus agitatus: promptissimo aio mortē expecto. at saltē proter naturæ æqualitate; Quippe quæ oibus comunis sit: quāuis a plærisq; maiorē in modu; formidet. Qui autē ea; nō iniquiori animo ferūt: hii trāq liori uita fruuntur.

Pha. Stesichoro.

Vod carmina p Cleariste edid'ris: magna tibi & īmor talis gratia habetur. Promptū.n. præcibus meis te exi buisti & singulis argumētis incredibili artificio te accomo dasti. & carminis tui elegantia maiorē īmodū pbata ē: non dumtaxat mihi. Me enim omnia Stesicori æque delectant. sed cum pluribus Agrigentinorū una audiētib'. Extabunt autē non apud eos tantū: qui ea audierunt: & qui in presen tia sunt homines: sed in omniū qui post nos futuri sunt me moria. Gratiā igitur pro hiis uersib': tibi ut dixi d'beo: meo nāq; hortatu & huius ætatis: & futuris hominibus tales mu sarum cantus largitus es. De me autē quod per epistolam tuam significasti: per hospitalem Iouem p coēs lares: nihil neq; ut pessimus sim: neq; ut bonus ī poemate tuo memine reis. Mea si quidē fortuna fit ut aures a noie meo abhorreāt. Scribat aūt phalaris in ipso Stesichoro: siue melior q̄ homi num ferat opinio siue contra habeatur.

Pha. Pelopidæ.

Vod me rogas nullo pacto ad Stesichorū scriberē: neq; si scriberē mihi morem gereret ut in quēpiā uita functum carmen ederet. Satis gratie ab eo accepisse mihi uideor q in Nicoclis uxorē carmē fecerit. Tu igitur quid uis a nobis optato: quod nō in aliena. sed i nr̄a sit potestate.

Pha. Stesichori filiabus

Eroris uestri filiæ quam nam aptiorem uobis cōsolatione quispiā afferat: q̄ uirtutem parentis super quo lugetis. Non enim lacrimis Stesichorus: sed laudibus psequēdus est. Equidem nolim oio uos neq; lugere mortuos: neq; plangere: nō quin comuniter hi affectus necessario omnib9 accidant: sed quoniā miseroꝝ sint quoꝝ nō mors: sed uita uel potius longe magis mores debeat deplorari: non Stesichori: qui tot annos cū sanctissimis deabus in choreis & cātibus musaꝝ uixit: cuius nomē in honoribus & laureis imortale seruabitur. quæ profecto: neq; hac neq; uenturis ætatibus maius futuꝝ sit: Si quidē non alia q̄ imortalis & omnia cōtinētis dei sorte Stesichorus frui mihi uidetur. Quare magni & calrissimi patris filiæ quæ tanto parēte digna sint: uos sapere oportet. Non eni paꝝ uobis ɔtedēdū ē: ut n̄ multo eo inferiores efficiamini. Sed nolite felicē Herois sortē d plorare: non breui tātū: sed sæculis omnibus beatum: neq; honoꝝ quos illi tanq̄ deo Himerenses decreuerunt. clarissimā gloriā; auferatis. Nō. n. ille quod nos certo scimus: ægre tulit urgētis fati necessitatē: neq; cū clarissimos heroas: qui pro gloria occubuerūt in pulcherimis cecinisset poematib9: quæ uobis possessio dignissima sunt. & exempla uitæ honestissima. Ipse cū diē suū. obiret non ipauiclus pstitit. Certo nāq; scitote filie cū a nobis captus Stesichorus i nr̄a; ueisset potestatē: nihil quicq̄ formidauit. neq; tāq̄ graue quidam p̄ pessurus fractus animo ē. Quippe qui lōge generosior nobis captiuus uisus sit: q̄ hostis. Victa igitur tyrannidis no

ſtræ acerbitas ab eius ſapientia eſt: nō ꝙ quicq̄ grauius in eū uellē animaduertere. ſed quod cruciatus meos muneri aſ ſcribebat. Ego enī inumeris eum laboribus capere conatꝰ: cum aſſecutus ſum nihil habui quod mallē: q̄ gratiaꝫ ei habe re ut a me beneficiū acciperet. Exquo non deberi mihi ab eo gratiā: quod duodecim eū annos. tot eni poſtea uixit ſer uarim: ſed me ei debere arbitror: ꝙ & ad alia nos corrobora uit: & ſolus omnium ut mortē contemneremus: effecit.

Pha. Teucro.

Aptiuorū præcia quæ a Tauromenitanis exegimus: nō noſtra: ſꝫ Steſichori gratia reddas. Viuit eni ille ad eoꝝ uſum. qui a nobis accepturi ſunt beneficiuꝫ: cū aliquod a me pecierint. Verū ei gratia perit: cū i ingratos collocet̃.

Pha. Steſichori filiabus

Auromenitani ꝓ quibꝰ ad me ſcribitis mādatū a pa tre: cum uita defungeretur habuiſſe nulla digni ſunt clementia. Hii enim ne minimū quidē a me offenſi aduer ſum me bellum ſuſceperūt. Steſicoorꝰ uero non hoc modo quod petiſtis. ut ſcilicet captiuorū præcia quæ a Taurome nitanis exegimus: reddi mandemus: ſed quid uis ēt ſupra uires nr̄as a nobis ꝓmeritꝰ ē. Licet enim mortuus nonnullis uideat̃: nemo tamē q recte ſentiat id dixerit. mihi qdeꝫ ui uit: Steſichorꝰ neqꝫ tātuꝫ apud me Tauromenitanoꝝ odi um ualeat: ut Steſichoro aliquid petēti qđ phalaris habeat: neget̃. oēs nanqꝫ homies ab illo uinci decet: me autē om nium maxime qui in tot hominū milibꝰ: quos exꝑtus ſum: præſtātioris animi uiderim neminem. Nos igit̃ Taurome nitanis pecunias reddi iuſſimus: neqꝫ mediusfidiuꝰ hāc pa tri ueſtro gratiā referre. ſed ab eo potiꝰ accepiſſe exiſtiāmꝰ.

Pha. Creſippo.

Eqꝫ primum cum Tauromenitanis bellū iniuſte contra nos iferētibus: eoꝝ captiuos accepto præcio liberaui-

mus:eis blanditi sumus. Comunē eni græcorū lege; ab rogare noluimus: neq; cum postea acceptū præcium ea reddidimus ratione: ut illis beneficiu; impartiremur: queadmō; exprobrasti. Stesichoro aūt p filias legato obtemperauim⁹. Tauromenitani igitur mortuo Stesichoro eorum quæ a nobis assecuti sunt: sibi habendam gratiam sciant. Stesichorus aūt suis moribus: Ego quidē cū multis & magnis de rebus ei graciam habere intelligā. neq; legationē eius obliuioni mādabo: neq; ignoro cū p eam hoc a me petit & assequit. Tauromenitanos quidem pecuniarū beneficium: nos autē cum hūanitatis: qua omnes prorsus nos expertos exīstimāt. testimoniū accipere.

Pha. Himerensibus.

Go quidē omnia Stesichori gratia facere parat⁹ sum: ut tā & si cōtra ipsa fata arma sumere oporteret: de morte cōtendere non pigeret: ut diuinū uirum & a uobis & cæteris hominibus carminis elegantia laudatū liberare; quē sanctissimæ musæ omnibus pretulerūt uatibus: p quē; & cantus & choreæ plurimū ualuerūt: Verum aiaduertite ubicūq; sepultus sit Stesichorus Himerense; esse: & suaq; uirtutum gratia omnis ēt patriæ ciuis uocabitur. Manebit autem uester: neq; mortuum Stesichorū: sed in pœmatib⁹ suis quæ cū uniuerso orbe cōmunicauit: uiuere arbitremini. Veniat uobis in mentē Himerenses apud uos eum genitu;. educatum. eruditū. in uersibus pœmatibusq; consenuisse. Apud cataneos autem & quidē uolētes naturæ cessisse. Et in Hymera templum Stesichoro īmortale uirtutis eius monumētum cōdatur. In chatania uero sepulchrū: sup hoc ut satius uobis uisu; fuerit cōsultetis. Neq; pecunis quātu; nobis erit facultatis: neq; armis egere uos arbitremini. Vnum tamen aiaduertatis uelim: neq; decori uobis cum siculi sitis: futurum in Sicilia ciuitatē capere: neq; si non cœperitis tu

tum. Cæterum nolite Stesichori obitũ fletu & palanctibus ꝓsequi: neq; illius casu solicitemini. Mortuũ nãq; Stesichori corpus est. Nomẽ aũt ppetuo in uita quidem gloriosum. In memoria aũt beatũ seruabitur. Præterea carmina & uaria poematũ eius genera & publice ĩ omnib⁹ templis: & priuatim quisq; habeat domi: & hortor & admoneo. Tunc. n. uere morietur Stesichorus: cum carminũ eius. monumẽta non amplius extiterint. Quamobrẽ ad alios quoq; hoĩnes ea mittenda curetis diligẽter non ignari longe maiorẽ quæ talẽ uirũ tulerit ciuitatẽ: q̃ q miserit laudem ꝯsecuturã.

Franciscbus Aretinus Diuo Alfunso Regi

Vatuor Phalaridis epistolas quas nuper in alio libro inuẽtas: in latinũ traduxi: solita clemẽtia tua accipias oro diue Alfunse: qui miro amore & litteras & litrarum stndiosos ãplecteris foues. extollis. Paꝝ ꝑfecto munusculuꝫ non tameꝫ ut spero Serenitati tuæ ingratũ. in hiis. n. dignam principe liberalitatẽ. clementiam. animi magnitudinẽ recognosces. Atq; utinã nunc primũ omnes editas immortali nomini tuo inscriberẽ. Sed quod factum est accusari potius q̃ emendari licet. Neq; optionis ulla utilitas est. ubi res ĩ integrum restitui nequit. Verũ si serenitati tue studiũ meum placere intellexero. quicquid deinceps aggrediar libens felicissimo nomini tuo dedicabo.

Pha. Ariphãti & Trasibulo.

q Vas mutuo uobis pecunias dedimus Teucro r̃ddidisse dicitis. Teucer r̃cepisse negat. Mihi hercle nulla cã ẽ cur aut uobis: aut illi non credam. Is soluti a uobis debiti fidem petit: Vos ei tãq̃ amico credidisse asseritis. Quamobrem ueritatis ignarus: ne cuipiã uestrũ diffidere uidear: ac si acceperim rões uestras adm tto. Atq; utinã potius semper me ueritas lateat: q̃ fraudẽ deprehendam. Satius enim multarum pecuniarum q̃ amicoꝝ damnum arbitror. Quandoquidem

necesse est: ut re deprehensa: qui mentiendo mihi intulerit: pro amicis inimci apud me haeantur.

Pha. Paurolæ filio

On multas p deos imortales a me pecunias te peter̄ ar bitror. sed facultates meas miores sentio: q̄ ut iā filii possi uirtuti obtēpare: Sed utinā i tot quot dicis ipēdas. Q đ si ita facies: amicis potius qui accipiant: q̄ patris liberalitate carebis. Quē enim præclara præcedit largitio: sequitur ut animi sui magnitudine digna possideat. Vbi uero ad agēdū quis prompte accesserit: ei fortunam officiosam sese paratā exhibet. Noli igitur me quicq̄ uera huiusmodi uerbis uti: ac suspicari: tanq̄ nō libenter pauca in filium cōferam: cui᷒ gratia omnia comparaui. Tantum enim abest ut te i amicos liberalitatis reprehendam: ut icredibiliter delectatus te ad- moneam: quæ tanta humanitate digna sunt sentias: ut non solū in præsentia animi tui magnitudinē ostendas. sed hac tibi obsequente fortuna: eandem semper serues uoluntatē. Quod igitur tibi generose Paurola dam᷒: libenter damus: & abs te accipimus graciam: cum istum impendendi modū teneas: q tam bonam spem præ se ferat & uirtutem.

Pha. Peristheni

e Vboli & arphanti: q i me coniurarūt: uxores quas cap tiuas ad me: & tāq̄ perituras misisti: cum ante hac eni xe interimere studuisse: nūc tandem seruandas cēsui. Ad- miraris ꝑfecto ꝙ meā in eas iram extinxerim: Sed si causā audieris: quod ob incredibilē quādam earum animi nobili- tatem longe magis admiraberis. Nam cum eas pcōtarer: an insidiarum in me consciæ maritis suis fuissent: nō id modo. sed una quoq; cum illis impetum i tyrannum facturas. sese asseruerunt. Et cū quanā mea uel magna uel parua iniuria peterem: priuata quidem nulla: sed publica dixerunt: cōmu nē nanq; iniuriam esse liberā seruire ciuitatē. Rursū quonā

pacto sui in me odii meritum suppliciū sumere;:interrogatæ:mortē tesponderūt.quãobrē q tanta uirtute & ai magnitudine morrētur: eos uiuere & nō mori arbitrat⁹ Peristhenes oportere: & ego iuste peperci. Et tu quicquid cum hiis cœpisti:accersitis earum necessariis redde:ne ullam accepisse iniuriam conqueri possinit.

Pha. Peristheni

T te:& Himerēses omēs imo plurimos Siculorū nosse arbitror. Quod i Himera compositis in me insidiis:utpote iustior coniuratos exuperaui. Nō eni tentati facinoris in templo suo Iuppiter tã iniquus iudex extitisset:ut iuste illos rem aggressos:tanq̄ iniustos in eius tradisset potestatem: qui merito ab hiis fuisset periturus Hæc nemo aliter existimaret. Verum cum audiam Stesichorum ægre ferre;quod insidiarum causam in suam poesi Eubolus & Ariphantus rettulerint:nollem eum ac si mihi p̄suaserint;ægre ferre. Nam si eius poematibus ut dicunt attendissent:non desperantis iprobitatis.sed summæ bonitatis p̄ciū accepissēt Vale.

Francisci Aretini in Phalaridis Tiranni Aggrigētini epistole e græco in latinū traducte feliciter Expliciunt.



Eiusdē Francisci ad Franciscū pellotū Patauinū

Cripsisti ad me Frācisce Patauie uir exie : ut epistolas Phalaridis q̄s pauloāte e græco i latinū traduxerā ad te mitterē. Qua ex re quāti me faciat humaitas tua: ōstendis. q res meas licet incultas pro tua i me beniuolentia: quæ a docto ore tuo legerentur: dignas duxisti. Ego aūt & si ante acceptas litteras tuas de iis ad te mittendis cogitassē : destiti tamen ne arrogantiæ arguerer: qui eas ad talē uirum mittere auderē. Nunc cū sponte tua petas: tā libenti animo ad te mitto: ut nō dare sed accipere bñficiū mihi uidear. Nam si subtili & perspicaci iudicio tuo laudabunt̄: eas i mediū pferre ausus: doctoꝝ iuditiū nō amplius formidabo. Vale:

Opus impssum papie p Francischuz de sancto petro Anno dñi. M°. cccc°. Lxxviiij°. die xxi. Agusti.

Registrum huius operis

A

Ad Illustrē Magnanimūq;
eiusmodi phalarim
ignoro me dolores.
fana fuerit.

B

Pha. Aristomeni.
de re acquiescam.
tinorum & Melitensium.
uenissent.

C


quem conaris
quod depositum tibi
Pha. Polymnestori.
quas simulando affers

D

infelicitatis argumentum
Pha Himerensibus
Pha. Stesichoro.

E

Pha. Pelopide.
mus: eis blanditi.



LAVS. DEO.



